

**www.e-rara.ch**

**De ratione communi omnium linguarum & literarum commentarius  
Theodori Bibliandri**

**Bibliander, Theodor**

**Tiguri, an. 1548**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: 5.116

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-22696>

Libri XIII. capita.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

censeo eam dispositionē operis, quo est lingua quæpiam tota com- 175  
prehendenda, in primis idoneam, ut origines ueluti capita per li-  
teras cognatas digerantur, illisq; ordine subiiciantur uoces deri-  
uatiuæ, & compositæ, & formæ complexæ duas aut plures dictio-  
nes, in quibus proueria inserentur, & aliæ insignes figuræ ora-  
tionis. Quia uero hæc etiam pars libris non minus quam sex ab-  
solutur, fiunt in summa libri duodecim, quibus indago uerborū  
continetur, non tamen separata à cognitione rerum,

#### P A R S T E R T I A.

Ea quidem insquens pars libris nouem terminata iunget re-  
rum & uerborum notitiam, sic tamen ut magis ad rerum indagi-  
nem pertineant, quam uerborum. Et quia in quarto libro de si-  
gnificantibus & consignantibus uocibus dicendum est, hoc  
loco mentionem fecisse illius rei sufficiet,

#### L I B R I X I I I. C A P I T A.

**O**Rdine igitur liber decimustertius pronomina & quatuor  
genera uocum indeclinabilium distinguet commode. Ad  
pronomina quidem pertinent nomina, omnis, nullus, nemo, & si-  
milia, quibus nomina & uerba communia & uaga & incerta per  
se, definiuntur, utq; loqui solent, determinantur: unde *περὶ ἑσῶτος*  
appellantur à dialecticis, ceu uoces adiunctæ ijs uerbis, quæ rem  
quampiam circumscriptam animo subiiciunt, ut homo, scientia,  
sentire & alia plurima sunt. Quod articuli certiora & definita fa-  
ciant ea nomina & participia, quibus adiunguntur, notum est ex  
præceptis grammaticorum Græcorum, & ex scriptis authorum.  
Idem faciunt pronomina tum primitiua tum possessiua, ut iste ho-  
mo fecit, meus seruus fecit. Quæ propositiones definitæ sunt, &  
quidem singulares. Speciales siue particulares propositiones red-  
dunt, quidam, aliquis, nonnulli, aliquot & similia. Generales ue-  
ro et uniuersales propositiones efficiūt omnis, nullus, nemo non,  
uniuersi, singuli, & aliæ uoces consimiles. Proinde ad pronomi-  
na iungenda esse omnino censeo. Quorum nonnulla etiam pro-  
nominum declinationem sequuntur, ut ullus, ullius ulli. Post hæc  
præpositiones per significata sua distribuēt in uno capite. Nec  
non aduerbia, interiectiones, coniunctiones. Et quia sunt polyse-  
ma quædam, ut quando aduerbium temporis, & coniunctio cau-



LIBRI XIII. CAPITA.

**Q**uæ res ad omnium artium & rerum cognitionem multum conduceret, nec non ad linguarum tractationem utilem, & ob quam præcipue cupio reconcinnationem quandã commentariorum, ut uniuersa certis locis distributa suum haberent nomen adiunctum, aut plura etiam uel propria uel tropo transmutata, ut simul componerentur synonyma, ut appellari solent: eam rem uideo non modo esse difficilem præstiti, sed etiam ualde controuersam inter uiros doctissimos, quicq; sibiipsis interdum contradicunt. Quia dissentiunt in nomine ordinis rerum, & dispositione partium, & numero partium, & sine usuq; rei Inoge præstantissimæ in omni literarum commercio. Eam controuersiam ut tollere non molior. Quomodo enim essem usq; adeo arrogãs, ut mihi sumerem præstare, quod non pauci homines eruditi planè desperauerunt præstari posse? Ita paucis pro mea simplicitate indicabo, quid rei literariæ plurimum conferret hac in parte, meã quidem sententia.

Certum esse ordinem uniuersorum, quæ existunt, aut fuerunt, aut futura sunt, aut phantasia duntaxat componuntur, fatebitur, qui non ignorat, quid sit ratio, & quid sit ordo, quæ rerũ natura, quid homines eruditi, ut Augustinus & alij de ordine differuerunt. Ut interim taceam, nullum cordatum hominẽ esse, qui dum suam & actiones uniuersas non studeat ordine pulcherrimo distribuere. Et quæ esset insania, mundo uniuerso, qui à deo sapientissimo conditus est, & gubernatur ab eodem in iudicio & æquitate, ordinem adimere?

Ordinem uero uniuersitatis solus deus exacte nouit, quem nihil omnino latet, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat: qui uocat etiam ea quæ non sunt. Homini bus autem, ut tenuis rerum cognitio tributa est, utpote quorum intellectus ad ueritatem caligat & cæcutit, haud secus q̃ oculi noctuini ad solem authore summo philosopho Aristotele: ita etiam ordinis modica notitia contigit. Vnde minus est mirandum, in ordine rerum constituendo aliquantum inter se discrepare doctos homines, ut non dicam tumultuari. Nam Laurentius Valla in re  
concin.